

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXIV. De concursu masculorum diversæ qualitatis, ad  
fideicommissum masculinum, quia nempè alii sint agnati, & procreati per  
masculum, alii vero cognati, & procreati per fœminam, An scilicet ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

## DISCURSUS XXIV.

59

nes quædam loca pia, unde prorsus improbabile videbatur, ut ita voluisset se restringere ad solas filias Ioannis Baptista, qui poterat eas non procreare, dum ejus dispositio latius patere poterat in omnibus aliis descendantibus, nulla urgente ratione differentia. Ideoque Ioannes Baptista primus hæres, ita demonstratus esset tanquam omnium descendantium stipes, eodem modo, quo omnes homines dicimus filii Adæ; ut latius ibi; Plures autem post istam controversiam sopia tam excitatæ fuerunt questiones cum aliis ab eodem testatore descendantibus, ob quosdam codicillos postea repertos, sed non ad rem praesentis articuli.

## PLACENTINA FIDEICOMMISSI DE VICEDOMINIS

PRO

LAVRENTIO ET FRATRIBUS  
DE MORSELLIS

CVM

LUDOVICO DE LEONIBUS

*Causa disputata coram A. C. seu Pralato depu-*  
*tato, & resoluta pro Morsellis.*

De concursu masculorum diversæ qualitatis, ad fideicommissum masculinum, quia nempè alii sint agnati, & procreati per masculum, alii verò cognati, & procreati per feminam. An scilicet vocatis masculis veniant solum primi, vel potius etiam secundi, habita sola ratione sexus, non cuncto medio.

S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> F *Acti series.*

<sup>2</sup> *Punctus controversie.*

<sup>3</sup> *De opinione, ut sub nomine masculorum non veniant, nisi masculi agnati, & per masculum.*

<sup>4</sup> *De rationibus, & iuribus hanc opinionem probantibus.*

<sup>5</sup> *De opinione contraria, ut veniant etiam masculi cog-  
nati, & expenditum tex. in l. si viva matre.*

<sup>6</sup> *Sensus auctoris, quomodo ista decisio sit decidenda, &  
opiniones prædictæ concilientur.*

<sup>7</sup> *Datur Distinctio bonorum, & dispositionum*

<sup>8</sup> *De materia tex. in l. r. & l. immunitas ff. de iur.  
immun. an. exemptio concessa pro descendantibus  
masculis conveniat masculis cognatis.*

<sup>9</sup> *Quid in concessionibus feudalibus, vel emphyteuticis,  
aut aliis concessionibus per contractum.*

<sup>10</sup> *Vbi fideicommissum est ordinatum à feminis, tunc  
appellatione masculorum veniunt omnes etiam cognati.*

<sup>11</sup> *Limitatur, seu declaratur.*

<sup>12</sup> *Etiam feminæ solent diligere, & contemplari agna-  
tionem propriam, vel illam virorum.*

<sup>13</sup> *De alia distinctione, etiam in fideicommisso ordinato  
per feminam.*

<sup>14</sup> *De fideicommisso ab initio ordinato cum cognatis eo-  
rumque descendantibus masculis, ut sub nomine  
masculorum, veniant etiam cognati per feminas.*

- <sup>15</sup> *Quando testator masculus ordinat fideicommissum  
masculinum cum masculis agnatis, tunc sub no-  
mine masculorum veniunt solum masculi agnati.*
- <sup>16</sup> *De applicatione ad casum specialem controversie.*
- <sup>17</sup> *Resolutio causæ.*

## DISC. XXIV.

**D**aniel de Vicedominis, institutus hæredibus, Matthæo, & Ioanne filiis, post eos instituit eorum filios, & descendentes masculos in infinitum, quibus omnibus defectis, eorum ultimo substitutus transversales pariter masculos & agnatos, declaratione adjecta, ut bona perpetuò in prædictis ita respectivè vocatis stare deberent; Cumque plures haberet filias jam dotatas ac provisæ, quartum aliquæ filios ac filias procreaverant, eos omnes nominatum honoravit, relinquendo singulis cum honorabili titulo institutionis solidos quinque; Consolidata verò tota hæredita & in Ioanne per obitum Matthæi sine prole, illaque continuante in Adriano, Carolo, ac demum Ludovico respectivè filio, nepote, & pronepote, demum moriente dicto Io Ludovico sine prole, orta est controversia inter Marcum Aurelium & Carolum Franciscum de Vicedominis agnatos transversales ut suprà substitutos, & Ludovicum de Leonibus præfati Ioannis Ludovici ultimi ex fratre nepotem, super dicti fideicommissi pertinentia, atque post agitatem item in partibus, introducta per appellationem causa coram A. C. seu Pralato deputato inter dictum Ludovicum cognatum, ac fratres de Morsellis, qui successerunt in iuribus dictorum agnatorum, interim absque prole masculina defectorum, restringebatur causa ad punctum, An sub nomine filiorum & descendantium masculorum dicti Ioannis primo instituti veniret præfatus Ludovicus descendens per medium femininum & de aliena familia, vel potius talis vocatio conveniret solum masculis agnatis & descendantibus per masculum; Primo enim casu clarum erat bonum jus dicti Ludovici, dum agnati transversales vocati sunt in subsidium. In secundo autem certum erat bonum jus agnatorum ob factum causum eorum vocationis.

Super hoc autem articulo sepius disputato, tam in ista causa quam in aliis de quibus infra, pluribus que aliis sub silentio involutis, præsertim verò in ista, ac in infrascripta Parmen. fideicommissi de Garziis dis. 28. scribentes hincide de partibus, cum maximo labore, ac diligentia, volumina pene confiendo, conabantur omnes ferè DD de quæstione agentes cumulare, ita classes constituendo, atque contendendo qualis esset major numerus, quasi quod ageretur de electione vel alio actu collegiatio, in quo major votorum pars pravaleat, & concludat; Ex parte siquidem favorabili masculis agnatis, & per masculum, ut non nisi ipsis, non autem cognatis per feminam vocatio masculorum conveniret, cumulabantur omnes relati per Laderch. conf. 153. per totum, ubi nervosè hanc opinionem substitinet Surd. conf. 316. Fusar. quæst. 404. num. 6. Aldobrandin. conf. 3. lib. 1. de Marin. resol. 126. num. 28. & sequen. lib. 2. Venturin. conf. 25. num. 50. & se-  
quen. n. 116. cum seqq. cum aliis relatis per Castill. & alios de quibus infra.

Et ultra autoritates expendebant textus in l. r. & l. immunitas ff. de iure immunitat. ubi disponitur, ut immunitas concessa posteris non censeatur concessa masculis descendantibus per feminas; Acetiam deducebant dispositionem textus in l. si viva matre

e LUCA  
De  
lamentis  
treat.  
CVI

matre Cod. de bonis maternis, ubi clare deciditur filium non debere esse melioris cōditionis, quam sit ejus mater ad succedendum inhabilitata ob dispositionis restrictionem ad solum sexum masculinum; Deducendo in idem vulgarem regulam, ut infecta primitiva, infecta etiam censeatur derivativa, curando quoque cum extero nimis astatico stylo singillatim respondere auctoritatibus in contrariū urgentibus.

E converso autem scribentes pro cognato ut sub nomine masculorum veniant omnes attento solo sexu & non curato medio deducebant celebre cons. 58. Falgoz. quod communiter, præsertim in foro, reputatur magistrale, & sequuntur magis communite DD. plenē cumulati per Fusar. dicta q̄st. 404. num. 7. & 20. & cons. 19. per totum Bellon. cons. 72. & 73. ubi multos cumulat, Marta cons. 61. Giovagnon. cons. 11. & 12. lib. 2. Larrea decis. 34. & 54. Prat. seu Caravita apud eum to. i. discep. forens. discep. f. Caſtil. l. 5. controv. cap. 131. cum duobus sequent. Altograd. jun. conteror. 40. & hanc semper tenere professa est Rota Romana, in cuius auctoritate proinde, ac merito, in ista præsertim causa, quæ agitabatur in Curia, maximum fundamentum constituebatur decis. 6. par. 1. & decis. 15. par. 2. divers. in Bonon. successionis coram Bichio decis. 402. num. 26. & seqq. par. 9. recent. & in aliis frequenter, atque pro regula firmatur in Romana primogenitura de Bubalolongè post hæc disputata 18. Marii 1667. coram Cerro, & non negatur in altera ejus revocatoria 8. Iunii 1668. coram eodem, in qua admissa dicta regula, constituitur fundamentum in limitatione, ubi contemplata effet agnatio, seu alias de diversa testatoris voluntate quamvis conjecturata constaret, ut infra in eadem causa disc. sequen. 5. Nominum etiam se diffundendo super consutandis auctoritatibus in contrarium urgentibus, ac respondendo ad prædicta jura in l. si viva matre Cod. de bonis maternis, & in l. 1. & l. immunitatis ff. de jure immunitatis, præsertim ad tex. in l. si viva matre, quia filius venit jure suo independenter à matre, ut plenē ex Molina, & aliis advertitur dicta decis. 402. num. 29. par. 9. recent. adeò ut etiam ipsam matrem excludat juxta causam de quo supra disc. II.

Ego vero scribens pro masculis agnatis & per masculum quamvis prius in plerisque aliis caufis sub eadem quæſtione cadentibus pro una vel altera opinione juxta opportunitatem scripterim. in ista tamen disputata priusquam disputatione alia, de quibus proximè infra, aliquo æstivo otio ita cōcedente particulariter refleſt̄ ēdō ad hujus adeo involutæ quæſtionis veritatem, diligenter, & cum aliqua licet insolita, parimque geniali patientia vīlis ferè omnibus auctoritatibus in adeo copioso numero hinc inde cumulatis, agnovi clarum æquivocum videri hujusmodi quæſtionem, ita generaliter ac in abstracto tractare, illamque vel cum numero auctoritatū, vel cum regulis & rationibus generalibus decidere, arque in ea certam & determinatam regulam statuere, cum revera admīstar ferè omnium aliarum quæſtionum in ista materia fideicommissaria cadentium juris theoricæ generalis in abstracto, quæ per D. D. hinc inde deduci solent; sicut hodie in suis respectivè caſibus, jam statuta ac firma, quæſtiones autem hinc potius facti & applicationis, id circò non recipientes certa ac uniformem regulam generalem, sed pro singulorum caſuum particularibus, ac individuis circumstantiis decidenda, ut satis frequenter in ista fideicommissaria materia, ita ejus natura, seu qualitate exigente, advertere oportet.

Ideoque nōnum clarum legulecum errorum pro meo judicio semper censui in hujusmodi quæſtionibus fundamentū constituere in cumulo DD. præsertim verò consulentium non indagantes veritatem sed studentium causa opportunitym imo neque in tribunalium decisionibus quam in ambiguo semper magna esse debet authoritas, etiam si ipsæ decisions verae beneque fundatae in suis caſibus, cum non exinde generaliter ad exemplum trahi possint in aliis caſibus, qui diversa circumstantias habere possunt.

Suffragantibus solum juris principiis ac regulis generalibus sive illis magis communibus, conceptis opiniomib⁹, quas hodie pro regula facimus, ad effectum inspiciendi cuimam in omnibus probandi limitationem. Ex diversa fideicommissarii voluntate resultantem, ponderante, possumus, quod pleraque authoritas que in idem per una vel altera opinione consarcinari solent, diversos percutiunt caſus, diversam rationem habent ut infra.

Quare ad hujusmodi æquivoca tollenda, et endamque, eo quo fieri potest modo, veritatem, his materiis adeò incertam & obscuram, considerabam in primis constituendam esse distinctiones generalem inter hujusmodi fideicommissarii dispositiones, quemdam necessarium succedendi ordinem ex sola voluntate disponentes inducentibus bonis indifferenteribus, de sui natura ad quosque transitoris, & in quibus spectato ordinem cessionis, seu ab intestato, æqualis effet agnatum & cognatorum conditio, ob agnationis cognitionis, vel sexus differentiam à lice novissim sublatam, & inter illas dispositions vel concessiones bonorum vel jurium differentium, que rerum regulari natura sive ob concessionis odibilitem ac præjudicitalitatem non convenientiū alii modis agnatis, & per masculum.

Isto enim secundo caſu verificabili juxta cum textus in d. l. prima, & l. immunitatis ff. de jure immunit. can. ibi notatis.

Ubi scilicet alicui concedatur immunitas à cōsis, & vectigalibus, aliisque publicis oneribus quæ eisque posteris masculis tunc enim ob concessionis odibilitatem, neum ratione præjudicantibus, sive fidelibus, sive fideicommissariis, vel alterius majoris resultatis aliis civibus vel subiectis quorum onus per hujusmodi exemptiones mutare redditur, concessio strictè intelligenda, & singulariter non extendenda ad masculos cognatos per feminam, nisi ex verbis concessionis vel more principatus, aut ex contraria legitima observatione limitatio resulset & in his terminis logatur plures collecti in hīs terminis per Giamb. 177. per tot & per Rovitū super pragm. 9. defudia m. 12. cum seqq. ubi de ista quæſtione, ideoque DD. illa terminos percutientes in idem, ut supra cumulat, ac familiis ponendi sunt ad partes, ut potest omnino extranei à caſu quæſtionis, satque diversos terminos percutientes, atqui de isto caſu seu efficit Goffredus cons. 39. Et non benè ad hos terminos fideicommissarios inferunt Menoch. & carri quibus infra in Romana fideicommissaria ordinato per feminam cum descendentiis masculis ut refurgatur ad solos masculos per lineam masculinam Idemque dicendum est de ceteris omnibus, vel sequentibus de concessionibus feudalibus, vel ex parte hereditatis præsertim Ecclesiasticis, quoniam ipsorum honorū qualitas seu natura hujusmodi restric-

sem exigit; Quinimodo & in quibuscumque aliis dispoſitionibus per actus inter vivos tam onerosos quam etiam gratuitos, in quibus spectanda non veniat sola voluntas ejus hereditibus eorumque descendantibus, ita & taliter quod defectis vocatis, bona remaneant libera penes ultimum, sed dependent a voluntate alterius, qui concessionari problema seu descendantiam ita limitate honorare voluit, cum reservatione rei concessae ad seipsum, vel ejus successores; Tunc enim stricta interpretatione facienda est, ut censeatur concessionem quod minus, ita ut bona concessa faciliter ad suam antiquam causam redirent, ideoque omnes auctoritates, quae istos terminos percutunt extranea a casu omnino censentur sunt.

In primo autem casu in quo agatur de huiusmodi fideicommissariis dispositionibus, plures alii causi subdividuntur sunt, Quorum unus est ubi agitur de dispositione ordinata per feminam cum ejus filiis & descendantibus masculis, & tunc quia tales filii vel descendentes extituti non sunt de familia testatrix cum non matris sed patris familiam filii sequantur, dici non potest contemplata agnatio, sed potius contemplatus sexus, & consequenter quidquid ex originali opinione Cifrensis in l. Gallus §. nonquid a lege ff. de liberis & postib. teneant Laderb. conf. 153. & alii supra pro hac opinione allegati, ut non veniant nisi masculi ex masculis, Attraen verius est omnes indefinitae venire, spectato solo sexu, & non curato medio juxta d. conf. 85. Fulgos, quod percutit istum casum praecisum fideicommissi ordinati per feminam, unde propterea recte ista opinio recepta est pro regula, sed in casu sui fideicommissi, quod si non passim quod vocatos, activè tamen quoad vocantem dici potest femininum, non habent presumptionem contemplationis agnationis alias ex vocatione masculorum & pretu feminarum resultantem, & de isto casu agitur per Rotan d. decis. 402. par. 9. rec.

Et nullominus ista est nuda juris presumptio, quæ cedere debet contraria probationi, vel etiam contrario presumptionibus & conjecturis agnationis contemplationem præferentibus Vel qui mulier instituat fratres vel alios masculos agnatos, cum quorum masculina posteritas fideicommissum institutum, cum ita dici quoque possit ipsam contemplasse propriam agnationem & familiam, dum receptum est, ut apius infra etiam feminas quamvis nuptias viris de alienis familiis retinere familiam propriam atque dici agnatas; Vel etiam ubi proprios filios, vel alios descendentes masculos primo instituerit, in eorum masculina posteritate fideicommissum ordinando, quoniam mulieres utrumque ex communis usu de facto translate in familias virorum, à quibus magis quam propriis nuptiationem accipiunt, istas diligenter solent, ac proprias reputare, ut advertitur supra in Romana fideicommissi de Vrfinis seu Blanchini d. 11. 5 Non tamen sufficit ista generalitas, ob quam alias regula fatua remanseret, sed requiruntur alia ex irrefeca adminicula hujusmodi voluntatem suadentia, ex quibus resulteret limitatio in dubio non presumenda; Quamvis ubi prima institutio directa est in masculum, qui constitutus est stipes futurae prolixi, tunc hujusmodi adminicula multum vehementia desideranda videantur, Tum ex dicta ratione, quod etiam feminæ proprias ac virorum familias diligere & contemplari solent, Tum etiam quia improbabile videtur proprii sexus odium ac omnimoda exclusio, nisi ratio contemplata agna-

Cardi de Luca de Fideicommissis

alio

e LUCA  
de  
la mentis  
tatu  
GVI

alios mediatos, descendentes scilicet per duplex medium femininum, & quam questionem propriè percipiunt superius allegati, & de qua agitur in discursis proximè insinuat; Et consequenter isti ac similes. Authores non bene deducuntur ad probandum seu constituendam regulam generalem ac infinitam, ut in omni casu appellatione masculorum veniant tam agnati quam cognati, etiam in illo, de quo proxime infra, quoniam dicti Authores istum casum percipiunt, in quo concursus non sit cum agnatis, qualis erat casus praesertim controversia, à quo proinde extraneas dicebam omnes supradictas ac similes auctoritates, praefatos primum & secundum diversos casus percipientes, atque in hoc est frequens & equivocum pragmaticorum cum sola doctrinam collectione, earumque arithmeticometri numero procedentium, non reflectendo ad casus, de quibus loquuntur, sive ad terminos, cum quibus procedant, sed pariter ista regula recipit limitationem ex diversa testatoris voluntate, ut infra in supradictis dis. 28. & seqq.

Tertius demum est casus praeclarus hujus controversiarum, ubi scilicet testator masculus, spretis feminis, etiam propriis filiabus cognitis & dilectis, solos filios vel descendentes, ut fratres, & transversales masculos instituit, ordinando fideicommissum in eorum descendencia & posteritate masculina, qua defacta immediatum transiit facit ad alios transversales masculos agnatos, Et tunc probabilis videatur in dubio regulam esse in contrarium, ut scilicet censeatur contemplata agnatione, ideoque non veniant nisi masculi agnati & per masculum; juxta opinionem de qua supra num. 3. quam admittit idem Bellon, iun. acerrimus defensor cognatorum etiam per duplex medium femininum d. cons. 72. num. 1. & cons. 73. num. 17., & admittere videntur omnes collecti per Fusar. dicta questione 404. & alii de quibus supra, restringentes hujusmodi questionem ad primum, vel secundum casus praecedentes, quoniam id clare praescribere videtur animum continuationis bonorum in agnatione à qua non exeat; Quamvis & ista quoque sit juris presumptio in dubio attendenda, quia cesse debet ex contraria presumptioibus vel facti circumstantiis, ex iis quæ ponderantur in Romana primogenitura de Bubalo dis. seq., cum omnes huiusmodi inspectiones seu distinctiones deserviant solum ad statuendam in dubio regulam seu presumptiōem transferentem omnis probationis in eum qui allegat limitationem, cum de reliquo semper firmum remaneat istas esse questiones facti ac voluntatis potius, quam juris, non omnino certam ac uniformem generalem determinationem recipientes, ut supra.

Applicando autem ad rem, scribens pro agnatis transversalibus. seu ex eorum iure ventibus, cum sensu etiam veritatis, dicebam pro eis probabilius respondentium videri, Tum ex regula eis assidente, dum & gebatur de dispositione concepta per masculum cum masculis juxta tertium casum, Tum etiēm quia de tempore testamenti jam aderant masculi procreati ex filiabus, quos jam cognitos sprevit, illos tantum honorando cum legato quinque solidorum, Ac etiam quia ipso contextus testamenti ostendebat enīam voluntatem, ut bona perpetuo & continuo ita conservarentur in familia & agnatione prius effectiva & deinde contentiva absque interruptione seu mixtura mediæ extranei; Econversò autem nihil urgere videbatur in contrarium, unde propterè non intrabant ponderationes, quæ favore cognatorum in simili ac penè individuo

casu habentur in d. Romana primogenitura de Bubalo dis. sequen. Atque ita pro masculis agnatis transversalibus in exclusionem cognati quamvis descendens resolutum fuit cum subsequente effectu, innoteſcit, an vietus appellatiois cauam lumen sit prosequutus, & resolutio mīhi ad solam veritatem reflectenti, justa benēque fundata vita cognati evalsuri non erat agnati.

## ROMANA.

### PRIMOGENITURA DE BUBALO

PRO

### FILII MASCULIS VICTORIA

&

### COMITISSÆ DE BUBALO

CVI

HIACYNTHO pariter DE BUBALO

Casus varie decisus per Rotam, & postea

De eadem materia concursus masculorum agnatorum, & cognatorum ad fiduciū masculinum, An scilicet inmine filiorum, ac descendentiū lorū veniant masculi cognati primas, Et quando vocatio, vel locus cognatorum sit compatibilis cum contemplatione agnationis.

### SUMMARIUM

1. Act series.
2. Resolutiones cause.
3. De regula, & limitatione, an sub nomine ipsius veniant illi ex feminis.
4. De responsis, seu informationibus ex iis in causa remissive.
5. Quale judicium in ista, & similibus causis lateat, & quomodo in eis procedendum sit.
6. De eadem, & quomodo judex in hac ultimā lūntatem materia debet se gerere.
7. In casibus dubiis concordia per judicem demandat, ac debet,
8. Habens pro se regulam dicitur habere ius fundatum donec bene probetur limitatione.
9. Sola possiblitas contraria excludit perfectiōnem, quam sufficit offuscare, ut non possit facta.
10. Remissive ad conclusiones, & auctoritatis in causa.
11. Quomodo in ista materia fideicommissaria, sive a regulis, seu conclusiones juris attendat.
12. Quando sit compatibilis successio cognatorum contemplatione agnationis, & de incollegula, de qua num. 3.
13. Allelii in familiam, illamque artificialiter vantes, habentur ac si essent de familia propria.